

SCORIO GERMANORVM DVX.



Scorio, qui & Schirius dicitur, post Berobistam Germanorum dux extitit, eo tempore cum Octavius Romanum Imperium gubernandum suscepisset. Erat ille animi & corporis fortitudine insignis. Itaque cum Romani ciuilia bella exercent, ipsos inuadere statuit. Is duos canes in conspectu populorum commisit, atque ijs acerrime inter se pugnantibus lupum ostendit, quem protinus canes omissa intra se rixa aggressi sunt. Ita ille uerbis & exemplo monere uoluit, Romanam mature peritaram suis uiribus, si hoste careat externo. Vnde in Traciam & potum cum suis profectus, Romanas provincias late uastauit, & (ut Horatius ait) penè occupatam seditionibus deleuit urbem Dacus. Vnde Octavius cum Cotiso ne & Marobudo regibus Germaniae foedus iniit, atque hac ratione eorum opera usus, alios ad tempus compescuit. Auent.lib.1.